



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

30. An Inquisitores in crimine sagarum ex sola denunciatione complicum
absque ullis aliis indiciis, possint torquere personas denunciatas bonæ
alioquin famæ. Ex p. 4. tr. 6. res. etiam 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

tom. 2. q. 26. art. 13. concl. 6. Narbona in recopil. part. 1. leg. 61. *quæst. 1. n. 14.* Rojas singul. 298. num. 5. Guazzini ubi supra. Cantera in qq. crimin. cap. 2. de probat. per testes, q. 1. n. 71. & Doctoribus citatis in Tribunali S. Inquisitionis, omnes personas privilegiatas posse torqueri, exceptis minoribus annis 14. senibus, & prægnantibus, imò prægnantes neque terri possunt, ut observat Pegna part. 3. comment. 39. Sousa in aphorism. Inquisit. lib. 2. c. 39. n. 32. Binsfeldius in comment. de malef. leg. 7. *quæst. 2. concl. 7.* quicquid in contrarium doceat Michaël Zanardus in directer. Theolog. part. 3. cap. 88. fol. 499. ubi tenet prægnantes posse terri, sed male. Possunt tamen senes decrepiti & minores 14. annis terri, ut docet Miranda loco citato, & alij, non tamen possunt etiam leviter torqueri; quicquid in contrarium dicat Quevedo lib. de indic. & tort. cap. 12. num. 9.

5. Notandum est etiam pro praxi mulierem post partum non posse torqueri nisi post 40. dies. Ita Cantera in *quæst. crim. q. 10. de reo num. 1.* Quevedo loco citato, Paulus Ghirlandus de *quæstion. lib. 4. quæst. 6. num. 7.* Brunus de *indiciis part. 2. quæst. 4. num. 2.* Tuschus tit. T. concl. 328. num. 21. & alij, ita ut si infra 40. dies torqueretur & fateretur delictum, confessio esset nulla, ut ex multis observat Eymericus à Rosbach. in *praxi crimin. tit. 5. cap. 21. num. 6.* & Bajardus in *addit. ad Iul. Clar. quæst. 64. num. 67.* licet Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 13. num. 3. in fine, dicat esse relinquendum arbitrio iudicis quando mulier post editum partum possit torqueri.

6. Nota etiam Anton. Quevedo de *indic. & tort. part. 2. cap. 12. num. 11.* docere senem, quem supra diximus non esse torquendum, esse senem 70. annorum, & etiam 60. si sit infirmus saluti, debilisque complexionis. Imò Villagut in *pract. crim. lib. 7. c. 4. concl. 4.* absolute docet senem sexagenarium non esse torquendum. Sed ego puto in casu contingenti, quando senectus excuset à tortura, remittendum esse arbitrio DD. Inquisitorum attenta valetudine, robore, & qualitate delinquentis, & delicti, & ita tenent Doctores, quos citat, & sequitur Eymericus à Rosbach in *pract. crim. tit. 5. cap. 21. num. 12.* & Sebastianus Guazzinus tom. 2. lib. 1. *defens. 30. cap. 12. num. 2.* Verum difficultas est, an supradicti testes, quando non possunt torqueri possint terri, ducendo eos sub equuleo tantum absque ligatura; & affirmative responder Cavalcanus de *brachio Regio part. 3. n. 126. ver. est tamen,* & à fortiori hoc etiam concederet Gomez tom. 3. var. cap. 13. n. 3. & seqq. Franciscus Personalis *tract. de indicis sub num. 15.* Paulus Ghirlandus de *quæst. & torm. cap. 6. num. 8.* & sequen. dictamque sententiam Cavalcani, licet cum verbo *forfan,* admittit etiam Guazzinus tom. 2. lib. 1. *defens. 30. cap. 12. num. 3.*

7. Et tandem pro coronide hujus resolutionis nota quod Franciscus Marcus *decis. 790.* Bajardus in *addit. ad Iul. Clar. quæst. 64. num. 73.* Calvacanus de *brachio Regio part. 3. num. 117.* docet laborantem febre quartana leviter torqueri posse sine squassata, seu strappata, & non in die febris, & ita etiam docet Anton. Quevedo lib. de *indiciis part. 2. cap. 12. num. 23.* ubi sic ait, [Tampoco podra ser atormentado el que esta enfermo de quartana si no es levemente el dia que le dexa.] Ita ille. Sed in casu contingenti ego consulto DD. Inquisitores adhibere Medicorum judicium. Non tamen erunt torquendi laborantes morbo Gallico, brachio debilitato, patientes ruptionem venæ, vel difficultatem anhelitus, de quibus omnibus loquitur Laderchins *consil. 184.* Grammaticus *consil. 40.* Decianus *rest. post. 93.* & Guazzinus tom. 2. lib. 1. *defens. 30. cap. 16. num. 1.*

8. Advertant hic obiter DD. Inquisitores, Delirium in *append. 2. lib. 5. quæst. 23.* docere nobiles esse in S. Of-

ficio levius torquendos; sed Farinacius de *heresi quæst. 185. num. 125.* asserit hanc opinionem apud se difficultatem non carere; verum apud me nullam habet difficultatem, unde Simanca in *cathol. insin. tit. 61. num. 62.* & Pegna in *direct. part. 3. comment. 110.* docet in Tribunali S. Officii torquendos esse tam nobiles, quam ignobiles, hi tamen durius, illi clementius, & num. 112. admonet iudices ut minus torquant nobiles, quam plebeios.

RESOL. XXX.

An Inquisitores in crimine sagarum ex sola denuntiatione complicitum absque ullis aliis incidiis possint torqueri personas denunciatas bene aliquin fama? Ex p. 4. tract. 6. Ref. etiam 30.

5. 1. **H**ic casus solet torquere DD. Inquisitores, eorumque Consultores, nam M. An. Del. rius in *disquis. mag. lib. 5. sect. 3. & in append. 2. ejusdem libri, q. 1.* fuse affirmativam sententiam docet, idem etiam docet Valentia tom. 3. *disp. 6. q. 13. post. 4. & 5.* Idem à fortiori sentiunt illi, qui etiam unus complicitis denuntiationem in exceptis criminibus ad torturam sufficere asserunt, quales penes Delirium citantur Cynus, Imola, Abbas, Gomez & alij.

2. Sed mihi contraria sententia longe probabilior videtur quam novissime adversus Delirium ex eadem Societate tenet Adamus Tannerus in *Thesol. schol. tom. 3. disput. 4. quæst. 5. dub. 2. per totum,* ubi probat, nunquam ob plurimum sagarum, sive strigum velut complicitum denuntiationes sine indicis aliisque adminiculis contra personam aliquin bonæ famæ esse procedendum ad torturam; & ideo Farinacius de *heresi quæst. 185. §. 8. num. 151. in fine,* sic ait: Adverte tamen quoddam vera non est, nec in sancto & generali urbis, universalique Reipubl. Christianæ Inquisitionis Tribunali servatur propositio Delirij, dum concludit indicium ad torturam duarum sagarum, seu lamiarum dicentium vidisse inquisitum, vel inquisitum in conventu, & congregatione aliarum sagarum, cum enim multoties non corporaliter, sed per illusionem demonis in hoc conventu se esse opinentur, & sic eorum assertio de visu possit esse falsa, absurdum est dicere, quod lamiz prædictæ indicium faciant ad torturam, cum, ut suo loco dixi, indicia ad torturam esse debeant non dubia, sed certa. Ita ille. Vnde in facti contingencia antequam in simili casu ad consultationem, an supradicti debeant torqueri, deveniant DD. Inquisitores, videant omnino Adamum Tannerum loco citato; nam licet supra dictum sit quoddam socij criminis in causis fidei faciunt indicium ad torturam, ut docet Pegna in *directer. part. 3. comment. 110. in append.* tamen in nominationibus sagarum adest particularis difficultas, & ideo, ut dixi, consule quando casus occurrerit, citatum Tannerum & Paulum Layman in *Theolog. moral. lib. 3. section. 5. tractat. 6. cap. 15. numer. 8. in fine.* Vide etiam circa præsentem questionem Binsfeldium de *confessione sagarum, membr. 1. conclus. 6. fol. mihi 246.*

3. Nec desinam etiam hic apponere verba Antonij de Quevedo lib. de *indiciis & tort. part. 2. cap. 5. num. 91.* sic assentis. [Aunque es verdad, que en favor de la fe esta introducido, que el socio en el delito haga bastante indicio para atormentar al que nombra por confocio con la calidad, que diere mas abaxo, pero en el delito de Brujas no aprovecha solo su declaracion para este efecto, porque como los Brujos por illusion del demonio andan de ordinario engañados,

engañados, pensando que es verdadero lo que les representa, es muy posible sean acusados hombres sanos, y justos, en cuyo cuerpo se pudo transformar. Ita ille. Vnde, ut dixi, in casu contingenti videant DD. Inquisitores quid faciant, & ut dixi, citatum Tanneum consulant; & ideo merito Inquisitor San Vincente in suis manuscriptis cap. 13. §. 2. & 7. & doctus Castus Palus in opere morali tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 16. §. 5. n. 2. observant in nostro Tribunali Hispanico ex depositione præcisâ complicitum in hoc delicto reum minimè capi, sed actus exteriores comprobatos requiri.

RESOL. XXXI.

An Inquisitores possint torquere reum minorem, non dato ei Curatore, & si debeat esse præsens in tortura?
Eran in tali casu Curator posse esse ex Officialibus Inquisitionis?
Et notatur, quod Pater non sit constituendus Curator filiorum à DD. Inquisitoribus? Ex p. 4. tract. 6. Refol. etiam 31.

§. 1. **R**espondeo quoad primum negativè & ita docet Monticellus in praxi crim. regul. 10. n. 17. ubi sic ait: Si reus minor sit, iudex debet ei dare curatorem, aliàs processus nullus est, & si minor confiteretur, etiam spontè, sine curatore, talis confessio ei non noceret. Imò plus si diceret sine curatore iudici, Non me torqueatis, quia omnia confiteor, & iuro non venire contra, talis confessio hoc modo facta etiam cum tali juramento non præjudicabit ipsi minori. Ita ille, & alij penes ipsum, quibus ego addo Rojas de heret. p. 1. n. 318. Pegnam in direct. p. 3. comm. 28. & Vmbertum Locatum in praxi Inquisitor. curatorem. Guazimium tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 4. n. 21. Placam in epist. delicti. lib. 1. cap. 32. n. 12. licet in aliquibus locis consuetudo sit in contrarium, quam non improbat Eymericus à Rosbach in praxi crim. tit. 5. cap. 21. n. 3. Sed quicquid sit de iustitia talis consuetudinis, certum est non adesse in Tribunali Inquisitionis Hispanicæ, unde in instruct. Tolet. anno 1561. n. 25. sic habetur. Si el reo fuere menor de 25. años proveyerle ha de curador en forma, antes que responda a la acusacion, con su autoridad se ratificara en las confesiones, que huviere hecho, y se hara todo el processo, y el curador no sea oficial del santo Oficio, y puede ser el abogado, ó otra persona de qualidad, con fiança y buena conciencia. Sic ibi. ex quibus verbis apparet, non bene dixisse Didacum Canteram in 99. crimin. q. 6. de reo, n. 3. quòd in iudicio S. Inquisitionis potest iudex compellere minorem, ut nominet curatorem de officialibus Inquisitoris, nam, ut apertè apparet in verbis supra citatæ instruct. curator in tali casu non potest esse ex officialibus Inquisitionis; non est igitur admitenda contraria praxis, de qua testatur Canteram ubi supra, quia, ut dictum est, de directo est contra determinationem instructionis Toletanæ.

2. Notandum est tamen hic cum Paulo Garfia in ordine processandi S. Officii fol. mibi 29. [Que si el Reo fuere menor de edad ha de estar presente el Curador a la pronunciacion de la sentencia, para que pueda apelar si quisiere, pero no se ha de hallar a la diligencia del tormento.] Sic ille. Sed hæc ultima verba non carent difficultate, quia ex l. clarum, C. de author. præs. & ex Rolando lib. 1. consil. 3. num. 8. & aliis, tortura minorum debet esse cum præsencia curatoris, & si aliter efficiatur, asserunt, minorem posse petere restitutionem in integrum, & tentare nullitatem; sed consuetudo in nostro sacro Tribunali est in contrarium, quia in tortura non est necessaria autoritas curatoris, cum ad præsentia iudicis, ad quem pertinet officium torquendi; idcirco id, quod supra dixit Paulus Garfia, & observatur in nostro Tribunali, docetur antea Anton. Gomez, quem citat & sequitur Anton. de Ballis in tract. var. lib. 2. quest. 13. num. 17. probans, quòd nullatenus in tortura requiritur curator, sed tantum in decisione articuli, si debet torqueri sin, vel ne; & ideo Villadiego in polit. cap. 3. num. 325. sic ait: [El lucz se encierra en la camera del tormento con el escrivano, y delinquente, sin que aya otra persona; ni el Curador si es menor.] Vnde patet, quòd rectè hæc opinio observatur in praxi in nostro sacro Tribunali, quam etiam tuetur Cathartius de interrog. reorum, lib. 4. capite 1. num. 49.

3. Nota etiam hic obiter primò contra Anton. Gomez lib. 3. var. cap. 1. n. 64. patrem non esse constituendum à DD. Inquisitoribus in curatorem filiorum, & ita observatur; bene tamen observat dictus Gomez, curatorem non esse conveniens præsentem esse, quando reus interrogatus de delicto respondet, quia ex propria scientia, & non ab aliis subministrata debet reus respondere.

RESOL. XXXII.

Quando reus est convictus, & datur tortura super intentione, & complicitibus, an danda sit ab Inquisitoribus cum clausula circa præjudicium probatorum? Ex p. 4. tr. 6. Refol. etiam 32.

§. 1. **R**espondeo affirmativè, & aliter si tortus persistat in negativa, imò etià cum dicta clausula reus interrogatur super delicto principali, per torturam purgabit omnes probationes, nam tunc protestatio nihil operatur, secus autem si Inquisitores in sententia torture apponant clausulam, ut debet apponi circa præjudicium probatorum, & in tortura nihil de probato delicto interrogent, tunc enim reum tortura, etià quòd negando persistit, esse damnandum ad ordinariam penam, communiter docet Doctores, quia per illam protestationem redditur sileo ius suum salvum, ut expressè inter alios docet Boetius Decif. 163. n. 13. Villagut in praxi lib. 7. cap. 2. concl. 4. Boslius tit. de indic. ante torturam, n. 130. Burlatus consil. 346. n. 20. Decianus consil. 93. n. 20. vol. 2. Pitigianus in praxi crim. p. 3. cap. 6. in add. lit. B. fol. 280. Petrus Binsfeld. in comm. de malef. & math. leg. 7. q. 1. concl. 3. fol. mibi 553. Michael Zanard. in direct. Theol. p. 3. cap. 89. Soula in aphor. Inquis. lib. 2. cap. 39. n. 44. & 45. Quevedo lib. de indic. & tort. cap. 1. n. 8. Chartar. de interrog. reor. lib. 4. c. 1. n. 96. & Delius in disq. mag. lib. 5. sect. 9. c. 1. c. 1. n. 96. fol. mibi 738. ubi observat esse calus aliquos: quibus tortura reum convictum non eriperet punitioni ordinariæ. Primus, si non detur super delicto, de quo quis fuit confessus, vel convictus, sed ad notitiam aliorum delictorum. Secundus, quando datur tantum pro habenda ulteriori veritate qualitate aggravantium. Tertius, quando irrogatur ad habendos complices, fautores, receptatores, aliòsque participes; & Quartus, ut est in casu nostro, si iudex decernit eam cum protestatione id se facere sine præjudicio probatorum, & revera hæc protestatio non apparet contraria facto, ut apparet si reus interrogaretur super principali delicto, etiam ore tenus, & non scribente Notario.

2. Et ideo non obstat tortura, quia data fuit cum protestatione, M. Ant. Genuensis in praxi Archiepiscop. cap. 68. num. 8. docuit, quòd suspectus de hæresi vehementer torquetur super intentione, & complicitibus, & si neget, adhuc compellitur abjurare de vehementi, & pro facto hæreticali solent condemnari ad tritremes, quòd